Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



VI.
Quod in sacro eloquio calami uel arundinis appellatione diuinitas ponitur

ac suspiriorum spiculis percussus fugiat. Ad corda reporum frigida redieni. ea quae securus possedebat malitiae umbram quaerat, quae ubi a illo inuenitur ostendit. cui primus subinfertur: In secreto calami. In sacro eloquio calami uel arundinis appellatione aliquando uerbum manens. aliquando doctorum peritia. aliquando mobilitas mutis. aliquando nitor gloriae temporalis accipitur. Per calamum quippe uerbi aeternitas designatur. cum uoce patris per psalmista dicit: Lingua mea calamus scribae uelocis scribentis. Quia enim quod loquimur transit. quod scribimus permanet. lingua patris scribae calamus dicitur. quia ab eo et uerbum illius coeternum ac sine transitu generatum. Rursum per calamum scriptorum doctrina exprimitur. sicut de sancta ecclesia per propheta pollicetur dicens. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant. orietur uiror calami aeiunci. In qua nimirum sententia sicut in hoc opere longe supius diximus. per calamum exprimitur doctrina scribentium. per iuncum uiriditas auditorum. Rursum per calamum seu certe arundinem mutis mobilitas designatur. sicut iudeorum turbis in mobilis laude adnotatur: Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam. ut uidelicet subintelligatur; iohannis quippe harundo uento agitata non erat. quia eius mentem sancto spiritu solidam per diuersas partes nullus linguarum flatus inclinabat. Rursum per calamum uel arundinem nitor gloriae temporalis exprimitur. sicut de iustis per sapientiam dicitur: Fulgebunt iusti. et sicut scintillae in arundineto discurrent. Harundinetum nanque uita secularium appellatur. quia more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt. si autem a soliditate ueritatis inanescunt. Inde et iudeorum regnum calamo comparatur. cum per prophetam apparente in uentitate carnis adnotatur: Calamum quassatum